



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

De iudicijs temerarijs. Cap. 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PRIMVS modus contentione[m] mortificandi est; Societates fugere, speciatim eorum quos ad litigandū & disputandum pronos nouisti.

SECUNDVS est: Pauca loqui, *Silentij utilitas.* eaque non nisi necessaria, ne aliquid proferas ex quo alius occasionem capiat longam aliquam disputationem instituēdi, & verba tua in quaestionem vocandi.

TERTIVS humilē & mansuetū esse erga omnes: crucifixi IESV imaginem semper mente circumferre, quia cogitationibus sic occupatis, non aduertes quid alij dicant, & occasiones litigandi vitabis.

*De iudicjs temerarijs,
Macula XIX.*

CAPVT XX.

NOLITE iudicare & non iudicabimini, ait Christus. verbis explicari non potest, quantis damnis animam ad perfectionem tendentem, afficiat, aliorum facta temere iudicare. *Luc. 6. Iudicium temerarium maxime nocuum.*

Insignis certē impudentiæ & temeri-

82 SPECVLVM ANIMAE.
meritatis est, velle aliorum se iudicem constituere: aliorum facta, non tantum mali speciem gerentia, verum etiam bona in crimen vocare, ac in malam partem interpretari: atque interea semetipsum negligere nec conscientiae propriae multis scelerum maculis contaminatae librui euoluere.

Nihil ita perniciosum est quodque mentem magis distrahat, quam reuerarum hoc iudicium, atque ideo sancti, qui in spirituali semita magnos indies profectus fecerunt: totis viribus in hoc incumbabant, ut omnia candidè interpretarentur atque in bonam partem traherent: Imò quavis aliquid manifestè malum conspexissent, nitebantur seipsum fallere, sibi que persuadere, diversa esse facta eorum ab his quae foris cernerent vel audirent.

*Exemplum
de temerarijs
iudicijs
fugiendis.*

Hinc legitur de quodam è nostra familia praecipuae sanctitatis viro, quod in visione quadam oculis splendidissimis & scintillantibus visus fuerit: quem cum is qui visionem
vide-

PARS PRIMA. 13

videbat, huius splendoris causam interrogasset, respondit; hanc suis oculis claritatem idcirco donatam, quod specialem gratiã, omnia quæ vidisset in optimam partem interpretandi, in hac vita habuisset.

*Modus maculam temerarij
iudicij eluendi.*

PRIMVS modus hanc maculam delendi est; vt statim postquam aduerteris te malè de alio suspicari, aut iudicare, tuam conscientiam ingrediaris, ac temetipsum hac B. Pauli Apostoli sententia reprehendas. *O homo tu quis es qui iudicas alienum Rom. 2. seruum? in quo alterum iudicas teipsum condemnas: sicq; in temetipsum malum Iudicia temeraria hoc, de quo alium iudicare volebas, meraria retorqueas; te arguas, & accuses tam quomodo quam peccatorem, & veniam optollantur. que à Deo postules.*

SECUNDVS modus est: Vt visum & auditum præcipuas portas per quas inimicus hic in animam ingreditur quã diligentissimè custodias.

TERTIVS modus est. Vt confestim

134. SPECVLVM ANIMAE
stim tibi proponas sententiam &
comminationem Christi dicentis.
In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini.
Quod si feceris, anima tua insignem
in amore Dei & proximi progressu
faciet, & maledictum Dæmonem,
bonorum operum hostem acerrimum,
pedibus tuis subijcies.

Matth. 7.

*De nimia confidentia,
Macula XX.*

CAPVT XXI.

Luc. 17.
Opera nostra
nulla
sunt.

CV M omnia feceritis, dicite quia serui
inutilis sumus, ait Dominus. Opera
nostra usque adeo infirma & languida
sunt, ut quamuis omnia totius
mundi opera faceremus, propterea
tamen vel in superbiam extolli,
vel nimis de nobis confidere non
deberemus, cum omnes iustitie nostre,
uti ait Isaias Propheta, sint tanquam
pannus menstruate. Vanus est itaque qui
fiduciam habet in operibus suis.

Isaie 4.

Gratia & opera
necessaria sunt ad
salutem.

Quod ut planius fiat, notandum: Ad
salutem duo nobis necessaria esse:
gratiam diuinam & opera bona. *Sine
me nihil potestis facere,* ait Dominus.

Vides